

TABVLA  
RECITATIONVM

IN


ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE XXII. APRIL.

CICIDCCCLXXVI.

INCHOANDARVM.



---

GIESSÆ,

Litteris IO. IAC. BRAVNII. acad. typogr.

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
LVDOV. BENIAMIN OUVRIER  
CVM SENATV.

Quaquam in ipso vitae apparatu saepissime nos, *Commilitones aestimatiissimi*, vita ipsa destituat, attamen, recte iudicante *Seneca* in libro de breuitate vitae, satis longa esse vita solet, si tota bene collocetur, neque per luxum atque negligentiam defluat. Vos, *carissimi ciues*, iam in ea vitae parte constituti, in qua iustus vitae usus addiscendus, in qua hoc vnum agendum, vt vitae in Academia gestae rationem hilari animo reddere aliquando possitis, praecepta nostra, quorum copiam lubentissimi denuo facimus, in futurae vitae vestrae usum conuertite. Commendare vobis scientias, quarum limina iam omnes salutastis, superuacaneum, nos ipsos commendare arrogantiæ effret.

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER

*Acad. Senior.*

Non satis inculcari potest, vt nunc sunt tempora, solidior puriorque religionis Christi notitia; quam denuo, tum *theoreticam*, tum *practicam*, trademus. Historiam ecclesiae aliquo cum fructu nemo audiet, nisi praelibata quam *vniuersalem* vocant, historia, & probe prius excultis partibus theologiae propriis, nominatimque exegeti sacra, quae fons est omnis doctrinae sanctioris.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD

Theologiam *dogmaticam*, *moralem* vna cum *hermeneutica sacra* praeleget, *collegium suum* fundamentale *biblicum* continuaturus, neque iis defuturus, qui *publica e cathedra* Theologica *disputare*, aut suas in *Oratoria, sacra* periclitari vires voluerint.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER.

*SS. Tb. P. P. O.*

Per semestre aestiuum Institutiones theologiae dogmaticae, & quidem partem priorem, hora XI-XII. Theol. moralis praecurrit Lessio VII-VIII. pericopas epistolas h. pome-rid. II-III. explicabit, exercitationes vero homileticas continuabit.

IOHANNES MICHAEL LOBSTEIN

Hora septima matutina Veritatem Religionis Christianae; octaua sanctioris Disciplinae *Credenda*; nona, vero *Agenda* secundum Institutiones Buddaeas; decima Eloquentiam *sacram*; vndecima *Ecclesiae Iesu Christi* fata ad ductum compendii Moshemiani, bono cum Deo docebit.


ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Institutiones, Pandectas, ius criminale & ius ecclesiasticum Germaniae tam publicum quam priuatum horis consuetis docebit.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT

Ius *Germanicum priuatum, publicum & feudale* factio more tradet; *Historiam imperii* ad finem perducet & *Scholas Practicas* continuabit.



D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER

Publicis praelectionibus explicabit antiquitates iuris, ex libello suo nuper edito. *Priuatim* ius naturae & gentium hora IX-X. secundum proprias theses, & historiam iuris duce SELCHOVIO hora X-XI. docebit; ad alia quoque paratissimus.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP.

Publice hora I-II. bis de hebdomade ius *priuarum principum* docebit. *Priuatim* hor. matut. VII-VIII. *historiam imperii*, hora VIII-IX. ius *publicum Germanicum*; alia hora commoda *processum summorum imp. tribunalium*, solito more tradet.

INSTITVTIONES MEDICAE

D. IOAN. GVILIELMVS BAVMER,

*Med. Prof. primar.*

Hor. VIII. Dni Christ. Ludwigi institutiones Medicinae Forensis. explicabit. Hor. X. Operationes chirurgicas, praecunte Dn. Io. Zach. Platnero in chir. rat. institutionibus, tradet. Hor. XI. Eiusdem autoris artem medendi singulis morbis applicatam explicabit, & casibus clinicis illustrabit. Aliud quoddam collegium pathologico-therapeuticum, clementissimo SERENISSIMI PRINCIPIS iussu, publice habendum, pluribusque profuturum, recto tempore in valuis publicis indicabit.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Med. Prof. ord.*

Praelectiones in rem herbariam, praecunte Linnaeo, hor. IX-X. instituet. Doctrinam quoque de natura & viribus aquarum mineralium artis salutaris cultoribus exponet.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL.

*Medicinae, Chirurgiae & artis obstetricalis Prof. publ. Ordinarius.*

Abolutis theorematibus praxin artis obstetricalis secundum Steinii *Practische Anleitung zur Geburtshülffe in widernatürlichen und schweren Faellen*, per semestre aestiuum demonstrabit, simulque auditoribus, vti haecenus, occasionem dabit parturientibus manus auxiliatrices adhibendi, Plattneri institutiones Chirurgiae rationalis interpretabitur. Hippocratis Aphorismos explanabit.

IOAN. LVDOV. FRIDERICVS DIETZ,

*Med. Prof. P. Ord.*

Per semestre aestiuum Osteologiam duce Schaarfchmidtio explicabit; reliquas autem Anatomies partes, imaginibus optimorum Anatomicorum ductu expressis illustrare tentabit. Praeterea Physiologiam praecunte Hallero exponet.

RECITATIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. Prof. Biblioth. Acad. Praef.*

H. VII. matutina *logicam*, h. VIII. *metaphysicam*, h. II. mathesin puram docebit; praelectiones *algebraicas* tempore auditoribus commodo continuabit; bibliothecas academicas horis consuetis aperiet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,


*Philosoph. natural. Prof. ord.*

Hor. VIII-IX. Elementa Physices dogmatico-experimentalis tradet. Hor. XI-XII. Fundamenta Oeconomiae rusticae, subtrato compendio Cel. Fabricii, explanabit.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*LL. Or. Graec. & Ant. P. P. O.*

Epistolas Pauli ad Galatas, Colassens. & Philipp. interpretabitur hor. II. Prouerbia *Salomonis* hor. III. linguae hebraicae & arabicae fundamenta iunctim tradet hor. IV. *Homeri Iliada* interpretabitur hor. V. linguam *anglicanam* hor. I. Durantibus feriis paschalibus veritatem religionis Christianae demonstrabit publice hora auditoribus commoda.



D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

*Prof. Poeseos & Eloquentiae.*

Hor. VIII. IX. Notitiam librorum, qui litterarum elegantiorum, philosophiae, atque historiae studiosis profunt, e *Milleri V. S. Litteraturae theologiae* tradet. Eadem hora diebus Mercurii atque Saturni *Odorum Horatianarum* librum primum atque secundum explicabit, etiam ad elementa *Aestherices* duce *Riedelio* paratissimus.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,


*Moral. Iuris Nat. & Gent. P. P. O.*

*Publice Historiam Iuris Naturae, Hor. II. Ius Naturae & Gentium DARIESIO* praeceunte, cum *Examinatorio* coniunctum, *Hor. III. Philosophiam practicam iuiversalem & moralem* docebit. Praeterea in *Historia Philosophiae* operam suam denuo cupientibus haud denegabit.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

*Histor. Polit. & Sc. Camer. P. P. O.*

*Historiam ecclesiasticam ad Compendium Moshemianum* hora X. XI. *Iuiversalem ad Compendium proprium* hora II. III. *Europaeam ad Compendium proprium* hora XI. XII. docebit. Offert etiam Praelectiones in *Historiam Imperii Germanici*, in *Historiam literariam*, in *Scientias Camerales*, in *Linguam Italicam & Anglicanam*.



LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

*SS. Theolog. Professor publ. extraord.*

Collegium polemicum in b. Baumgarten compendium patrio sermone conscriptum, instituet, exstantiores controuersias vna alteraque hora qualibet hebdomade, secundum theses cum Nobilissimis Dominis Auditoribus communicandas, disputando venturaturus. Deinde collegium exegetico homileticum in diuini Pauli epistolam ad Colossenses aperiet, oratoriae sacrae studiosi vtilissimum. In graeca pariter atque hebraea lingua pro more consuetudo desiderantibus satisfaciet.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*SS. Theol. Prof. Publ. Extr.*

Theologiam dogmaticam ex *Heilmanno* docebit hor. IX. antem.

IO. WOLFG. CONRAD. LINCK,

*Pb. D. & P. P. E.*

Hor. VIII. *logicam e Federi* compendio tradet. Hor. IX. *Grammaticam hebraicam* iterum docebit. Hor. XI. *lectiones cursorias* in V. T. codicem continuabit. Hor. I. praelectionibus in *linguae arabicae fundamenta* destinabit. Hor. II. collegium exegeticum in *Ieremiam* aperiet.

DAVID HERMANNVS PIEHL

*Pb. D. & Prof. P. extr.*

Hora VII. *Mathesin puram*, h. IX. *Historiam litterariam*, h. XI. *Algebram*, h. II. *Architecturam ciuilem*, h. IV. *linguam Anglicam* docebit.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equirandi, pugnandi gladio salrandique* palaestra, *Gallicae* item & *italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

